



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

4. An etiam teneantur pater & mater?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO IV.

An etiam teneantur pater & mater?

Quæstionis explicatio.

Parentes tempore pestis frequenter in
eas veniunt angustias, ut nullum omnino habeant, qui proles recens natas vel ve-
lit vel audeat baptizare, propter probabi-
lissimum cōtagionis periculum, quod im-
minet iis, qui proprius accedere debet cum
corrupti humores matris & prolis aërem
circumstantem omnino infecerint: Huius
occasione queritur an mater vel pater illo
casu prolem baptizare teneatur?

Responso.

Deficiente Pastore & aliis, qui puerum
peste infectum baptizare possint &
velint, tenentur pater & mater; tum gene-
rali lege charitatis, quia tenemur subuenire
proximo extreme indigenti, præsertim in
extrema necessitate spirituali, tum lege pie-
tatis, qua parentes tenentur filiis indigen-
tibus succurrere. Et cōfirmatur iure (a) Ca-
nonico, quo quidam Stephanus à Ioanne
Pontifice laudatur, quod filiū suum in ex-
tremo vitæ positum, ne cùdum baptismatis
vndalotū, in absentia sacerdotū baptizarit.

Dices 1. Poteruntne huiusmodi paren-
tes, si superuiuant, cohabitare & matrimo-

a 30. q. 1. ad
limina.

K 5 nio

a c. i. de cogn. nio vti? Ratio dubitandi est, quia (*a*) iura & spir. in 6. *c. Q. amuis,* Concilium (*b*) Trident. generaliter dicunt ibid. cognitionem inter baptizantem & bapti-
b Seff. 24. c. zati patrem & matrem contrahi.
2. de reform. *R.* Posse nec hoc casu cognitionē con-
matri. trahi; Ita (*c*) ibi declarat Pontifex. Neq; n.
c 30. q. 1. c. ad ratio permittit, vt pater priuetur iure sibi
limina sup. per matrimonium debito, quod filio in ne-
 cessitate extrema constituto ex pietate sub-
 ueniat.

Dices 2. Quid si cōcubinus in simili ca-
 su baptizauit prolem suā concubinę, poten-
 tiam illam postmodum in vxorem ducere?

R. Non posse, quia licet (vt iam diximus)
 necessitas efficiat vt possit compater cum
 vxore sua iam ducta, eademq; cum matre
 licite rem habere, non tamen efficit ne na-
 scatur compaternitas, quę ante matrimo-
 nium nata illud impedit & dirimat, vt be-

d Man. c. 22. ne notauit (d) Nauarrus.
nū. 40. in fin.

Q V A E S T I O V.

His omnibus puerum baptisare negligentibus, an
 liceat hereticum publice & nominatim ex-
 communicatum pro ministratore
 baptismi aduocare?

e In 4. q. 5.

dist. 2.

*f q. de bapti-
 smo.*

g q. quodl. 9.

Quæstionis explicatio.

Mouent hanc quæstionem (*e*) Sotus,
 (*f*) Paludanus, & (*g*) Adrianus, & re-
 ferunt